aggredi et inusitatum proſsus vincere iam victum et interficere semivivum. oportet presentialiter rapere non defensum ut eorum que defendi poſse videntur murorum artificio novo attenuatiſ propter famem virtutibuſ defendentium sit occupatio levior et in eiſ aptior ingreſsuſ consideranteſ quod arbor aresuit raro tamen nisi cesa securibuſ vel excoriata corticibuſ circumquaque.

Preconatrix igitur campana sonuit et ne tanquam furiſ in nocte florentinorum diceretur adventuſ dieſ certa nichilominuſ nuntiata precone dicente: Inimiciſ et amiciſ omnibuſ hoc innotescat. et victoriosum carrocium mense aprilis in publicum est reductum. et cum iam segeteſ inciperent indurare moverunt et intranteſ comitatum senensem vallem strove adhuc non tactam